S: cũ Officiis

Occupaões tuæ Vir Cl., quantum audio, tot tantæq. sunt, ut peni religio mihi sit, importunis tibi obstrepere. Hoc magis, quod cau Scriptionis non ejus est ponderis ut ppr ea molestia tibi facienda esset. Vicit tamen voluntas cujusdam ex hoibus fidei meæ commissis, q renitentem etiam tantum non precibus suis coëgit. Est is Andreas Notarfery pntis Notarfero discipulo tui parens. Tenetr cum matre desiderio filium videndi, quo per integrum ferme triennium domi nunc caruerint. Existimant commodissimè isthoc Autumñ: in tempore, quo aliaqn Musæ aliquantñ quiescere solent, fieri posse. Ut a. per te Praeceptorem ejus honorandum, et Gymnasii Rectorem dignissimo id ei liceat, per me eã qua par ẽ submissione rogatum te volunt. Si pati possis rogo etiã ego, ut pio huic affectui aliqd hic largiaris, cumprimis si diligentia adolescentis id quodammodo mereat. Spero post longiorem recessũ facturũ eũ esse majores saltus. Pacem afflictissimæ Germaniæ nuper in portu navigare arbitrabamur, nũc jactari iterũ et periclitari audimus. Nimirũ nunq. cũ hominibus nisi prius cũ Deo, paciscemur. Gallorum in Hispanos odium, ubiquetariorũ in nostros perfidia, Pontificiorũ in utrosq. dominanti libido sanctiõra consilia perpetuo adulterat. Accedit Jesuitarum insatiabilis sanguinolentia, q vel ad mentionem pacis nauseare, et tumultuari et videnť. Patet hoc ex Comoedia Augustæ Vindelicorũ nup. habita, qua in Pacem majusculis literis Scriptam patibulo affixisse ferunt. Ita q pacẽ volunt esse mundi, fax ejus sunt, ipsi in crucem agendi. Deus cui ἄπορα οὐδ᾽ ἐύπορα his malis ἀπὸ μηχανῆς medicinam tandem ipse ostendat, Germaniã tantum ñ agonizantem q ejus ẽ misericordia, erigat, patriam nostram, et te in ea Clarissimo Tossane servare et prosperare pergat. Clarona d. 13. 7br. 1648.

Rev. T. Studiosissimus
Joh. Ludovicus Andreanus

Viro Rev. Doct. atq Clar:
D. Dan. Tossano, Gallicanæ q Basileæ ẽ Pastori vigilantissimo
et Gymnasii ejusdẽ Rectori dignissimo
Dño et in Chro fratri plurimũ colendo. Basel